Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26856
Copyright: Admont, Benediktinerstift

et adduxerunt eam ad regem. Erat
autem puella pulcherrima dormiebatq;
cum rege et ministrabat ei. rex uero non cog
nouit eam. III. Adonias autem filius
aggeith eleuabat dicens. Ego regnabo.
fecitq; sibi currus et equites. et quinquagin
ta uiros qui ante eum currerent. nec cor
ripuit eum pater suus aliquando dicens. qua
re hoc fecisti. IIII. Erat autem et
ipse pulcher ualde. secundus natu post ab
salon. Et sermo ei cum ioab filio saruie
et cum abiathar sacerdote. qui adiuuabant
partes adonie. Sadoch uero sacerdos et ba
naias filius ioiade. et nathan propha. et semei
et ceretheni. et felethi et robur exercitus
dauid non erat cum adonia. V. Immola
tus igitur adonias arietes et uitulos et uni
uersis pinguibus iuxta lapidem zoeleth.
qui erat iuxta fontem rogel. uocauit uni
uersos fratres suos filios regis. et omnes
uiros iuda seruos regis. nathan autem
prophetam et banaiam. et robustos quosq;
et salomonem fratrem suum non uocauit. VI.
Dixit itaq; nathan ad bethsabee ma
trem salomonis. Num audisti quod
regnauerit adonias filius aggeith. et dns
noster dauid hoc ignorat. Nunc igitur uem
et accipe a me consilium. et salua animam
tuam. filiumq; tuum salomonis. VII. Vade
et ingredere ad regem dauid. et dic ei.
Nonne tu dne mi rex iurasti mihi an
cille tue dicens. quia salomon filius tuus
regnabit post me. et ipse sedebit in
solio meo. Quare igitur regnauit adoni
as. Et adhuc illo loquente cum
rege. ego ueniam post te. et complebo
sermones tuos. VIII. Ingressa est
itaq; bethsabee ad regem in cubicu
lo. Rex autem senuerat nimis. et
abisac sunamitis ministrabat ei.
inclinauit se bethsabee. et adorauit
regem. Ad quem rex. quid inquit
uis. Que respondens ait. Dne mi rex
tu iurasti per dnm dm tuum ancille tue
dicens. salomon filius tuus regnabit
post me. et ipse sedebit in solio meo. et
ecce nunc adonias regnabit te dne
mi rex ignorante. Dorm. VII.
Appropinquauerunt
autem dies dauid ut
moreretur. precepitq; sa
lomoni filio suo dicens. Ecce ego in
gredior uiam uniuersae terre. confor
tare et esto uir fortis. et obserua
custodias dni dei tui. ut ambules
in uiis eius. et custodias ceremonias
eius et precepta eius et iudicia et testi
monia sicut scriptum est in lege moy
si. ut intelligas uniuersa quae fa
cis. et quocumq; te uerteris. ut con
firmet ds sermones suos quos lo
cutus est de me dicens. si custodie
rint filii tui uias meas. et ambu
lauerint coram me in ueritate et
in omni corde suo et in omni anima sua.
non auferetur tibi uir de solio israel. Tu.